



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Petrus Cælestinus. 19. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

allocutus esset, iturum. Idcirco rapi eum necesse fuit; tertium certè cum lectulo in altum subvolavit. Tanta est boni viri in cælo expectatio. Ex S.

Et nobis pro modulo nostro penne sunt insitæ, virtutes scilicet spirituales, quibus si viriliter utimur, ad cælestia sublevamur; sin autem ex desidia torpore deponimus, necesse est, ut in surripientium vitiorum profundâ mergamur. S. Pet. Dam. lib. 2. Ep. 18.

S. PETRUS CÆLESTINUS 19. Maii.

VNICUM modestiæ miraculum PETRVM CÆLESTINVM vides, qui exemplo antehac inviso, postea nūquām repetito, summo se Pontificatu sponte abdicavit, immortali memoriâ dignus, et si eo facinore solo inclaruisset; sed iden-
tenor totius vitæ fuit, cuius quia partem longi-
maximam in locis solis exegit, non revocabimus
ad illam normam mores delicate juventutis, con-
tenti si se cum puerō patientur componi. Simulac-
fari potuit, illud aureum matti promissum inculca-
bat, *Volo esse bonus servus Dei*; quod ipsum mater
jam tuin spe præceperat, cùm in recens nato multa
Religiosi insignia deprehendisset. Ergo quantum-
vis arctis domi rebus, in ludum eum literarium
misit, patre nuper mortuo consilium de cælo probante,
ut totius terrarum orbis bono suscepturn.
Incidere tamen remoræ permultæ, quibus omnibus
perturbatis, mater in filio oraculo acquievit,
cum quidem constantissimè, cùm paedagogum di-
scendi se Christus offerret, visus nonnunquam de
cruce ad eum descendere; ut mirandum non sit,
Angelos eam operam non dignatos; & hi qui-
dem etiam morum ab eo rationem exigebant,
nunquam impunè delinquere eum passi. Jam vi-

go

19. Maii.
in necesse
subvola.
Ex Sut.
virtutes
d' celestia
ponimus,
ndâ mer.

go Deipara curam valetudinis ejus egit , & altero oculo lippientem recreavit. In hoc contubernio educatus, homines penitus deseruit, uno ejusdem propositi socio comitatus , cui tamen constantia defuit ; Petri studiis Angeli applauferunt , quos hodie rarius audimus, quia aures nostræ Sirenum sibilis occupatæ Angelis non patent. Ex Surio.

Christum tanquam signaculum in corde nostro debemus imprimere, ut nulla hoc valeat hostilis irruptio violare : Christum etiam operibus nostris debemus insculpere, ut per omne, quod agimus , Crucifixi nos Praeceptoris discipulos demonstremus . S. Pet. Dam. serm. 67.

S. BERNARDINUS SENENSIS.

20. Maii.

BERNARDINO puer aras extruere, quæ ad populum dici pro concione audierat , ad pueros dicere, ludus erant. Qualem nunc serium putas fuisse ? Verecundiâ tantâ fuit, ut cum inimicæ castis auribus voces baccharentur , ad quamcunque coronam accederet, illud statim audiretur : missa isthac nunc facite ; siquidem BERNARDINVS adest. Tantum apud viros potest puer verecundus ! Certè puer ejusmodi verba prætextata in viro alapâ castigavit , docuitque frontem effrontem vel invitam erubescere : in alium ejusdem culpæ reum totum puerorum globum coëgit , qui lapidibus scelus urbe proscriberent. Feminas verò ex animo omnes, præter MARIAM, deleverat. Hanc unam ille unicè amare , ad hujus effigiem pro portâ urbis vigilantem quotidie in genua accidere ; irridente necquicquam proterviore pueritiâ , cum VIRGO arrideret. Jam ubi inter discipulos magni Francisci annumeratus est, ea fuit dicentis pro virtute-